

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Magnanimitas b
cum fontibus primis

Ad magnanimum pertinet

Sed contra est quod Tullius dicit, in I *de Offic.*, quod
ad magnanimum pertinet neque
perturbationi animi, neque homini,
neque fortunae succumbere.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 129, 7, contra (P. Caramello ed., vol.2, p.584).

neque perturbationi animi, neque omini,
neque fortune succumbere.

Omnino fortis animus et magnus duabus
rebus maxime cernitur, quarum una in
rerum externarum despicientia ponitur,
cum persuasum est nihil hominem nisi
quod honestum decorumque sit aut
admirari aut optare aut expetere
oportere, nullique
neque homini neque perturbationi animi
nec fortunae succumbere.

Tullius ibidem (I. de officiis).

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1, 20
(M. Winterbottom ed., p.27, ll.5-10).